



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

Genet, François

Parisiis, 1703

Q. 7. An sit de necessitate præcepti sumere Eucharistiam?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40834

manducationem unitas Ecclesie intelligatur, quam, ut supra diximus, habemus per Baptismum.

Can. Nulli.
De Consecr.
dist. 4.

Quare sanctus Fulgentius relatus in Canone, qui Canon Divo Augustino tribuitur, ait: *Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc unumquemque Fidelium Corporis sanguinisque Domini participem fieri, quando Baptismate membrum Christi efficitur, nec alienari ab illius Panis Calicisque consortio, etiamsi antequam Panem illum comedat & Calicem bibat, de hoc saculo in unitate Corporis Christi constitutus abscedat: Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non privatur, quando ipse hoc, quod illud Sacramentum est, invenit: Hoc est unionem Christi cum Ecclesia, quam habemus per Baptismum.*

Quest. 7. Est-ne de necessitate præcepti Divini sumere Eucharistiam?

Resp. Respondet Divus Thomas his verbis: Manifestum est, quod homo tenetur hoc Sacramentum sumere, non solum ex statuto Ecclesie, sed ex mandato Domini dicentis Luca

22. HOC FACITE IN MEAM COMMEMORATIONEM. Ex statuto autem Ecclesie sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum. Et Concilium Tridentinum ait: Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc instituit, & in illius sumptione colere nos sui memoriam præcepit. Est igitur de præcepto Divino sumere Eucharistiam, licet Christus Dominus Ecclesie judicio reliquerit determinandum ejus obligationis tempus.

Sess. 13. cap.
2.

Quest. 8. Quonam tempore præceptum Divinum obligat ad perceptionem Eucharistie?